



**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

22. De clericis peregrinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

tionis cum opere subsequito. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Host. Innoc. Panorm. Anania, Butr. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 121. Alagona in *compend. iuris Canonici*, pag. 121. remissive Ximen. in *concord.* p. 1. & 2.

Probat hic text. clericum in Sacris constitutum viduam, cognitam scilicet à priori viro uxorem ducentem; & cum illa consummantem, effici irregularem; vt per Nau. in *man. c. 27. n. 195. post med. & conf. 1. sub hoc tit. n. 3.* Sanch. de *Matrim. lib. 7. disp. 85. n. 1.* Campan. in *diuersorio iuris Canonici*, rubr. 11. c. 6. num. 12. Rota apud Farin. *decis. 357. n. 2. p. recent.* Dubium autem est quando huiusmodi clericus duxit vnicam virginem? in quo quidam negant illam fieri bigamum, aut irregularem, quos refert, & sequitur Henric. lib. 11. cap. 6. § 10. lit. H. & lib. 14. c. 4. statim in princ. ex eo, quia textus hanc irregularitatem inducentes loquuntur de constituto in Sacris; qui duplex matrimonium inuit, licet alterum ante Ordinem sacrum, & alterum postea, vt in *cap. super, supra hoc tit.* vel quando post Ordinem ducit vnicam, viduam tamen, vt in presenti. Aut verius est irregularem effici quilibet Ordine insignitus aliquam etiam vnicam & virginem sibi matrimonialiter coniunxerit, quia etiam hoc casu datur quædam similitudo bigamia: propter affectum ad duplex matrimonium cum opere subsequito, quæ est ratio, quam præstat text. in presenti, tenet Cou. in *Clem. si furiosus, de homicid. p. 1. §. 2. vers. 3.* Nau. in *manual cap. 27. num. 195. vers. similitudinaria*, & *conf. 1. n. 7. vers. ex quibus, sub hoc tit.* Syluest. verbo, bigamia, num. 9. Flamin. de *resignat. lib. 5. quest. 3. num. 190.* Campan. d. c. 6. num. 12. plures quos refert, & sequitur Sanchez *dist. disp. 85. num. 5.*



De Clericis peregrinis.

TIT. XXII.



PER hanc rubr. scripserunt Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Panorm. Anchar. Butr. Ioan. de Londris in *breuiario sanctorum Canonum*, fol. 164. verso, Petride Rauenna in *compendio iuris Can.* Martin. Mefnartius in *epitome Decret.* fol. 25. verso, Guillelmi Durand. in *speculo iuris*, lib. 4. sub hoc titul. & in *breuiario aureo iuris Canonici*, fol. 29. Daniel. Venator, in *analyti methodica iuris Pontific.* pag. 84. Goffred. & Host. in *summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in *paratilis ad quinque libros Decret.* Petr. Alphonsi. de Valconcel. in *harmonia rubr. iuris Canon.* Barthol. Carthag. in *exposit. titulorum eiusdem iuris*, nonissimè Ioan. Honor. lib. 1. summ. in *Decretal.* omnes sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici peregrini Ultramarini & valde remoti ordinationem suam probare debent per quinque Episcoporum sigilla.
- 2 Clericus faciens fidem iustam de sua ordinatione potest admitti ad celebrandum, & ad Sacramenta administranda.
- 3 Ordines minores non presumuntur ex maioribus.

CAP. Tua nos. I. Alex. III.

Clerici peregrini Ultramarini & Ordinati in remotis regionibus, qui habent literas ordinationum, sed incertum est an Vigilla sint Episcoporum, debent suam ordinationem probare per quinque Episcoporum sigilla. Interim tamen suspendantur, & inquiratur an pratermiserint aliquem Ordinem, quibus peractis si sunt digni, petit circa eos dispensari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Host. Anch. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 340. Alagona in *compend. iur. Canon.* pag. 122. remissive Ximen. in *concord.* p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 14. cap. vni.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 26. c. 20.

Probat hic text. peregrinum clericum facientem fidem iustam de sua ordinatione posse admitti ad celebrandum, vt per Nau. *conf. 1. n. 1. in fin. sub tit. de celebrat. Missarum, in antiq. aliis consuec. n. 1. in fin. sub hoc tit. in nouis, Aloys. Ricc. in decisioibus Curia Archiepisc. Neap. p. 1. decis. 150.* Et ad Sacramenta administranda dummodo ille verè idoneus sit, vt decidit Sacra Congreg. Concil. Trid. teste Armendar. in *addit. ad recopil. legum Nauarrae*, l. 1. tit. 18. l. 7. de *Episcopis*, n. 83, quem refero ego ipse de *offic. & potest. Episc. p. 1. alleg. 21. n. 7.*

Quia posset contingere, &c.] Notatur ad hoc quod ex maioribus Ordinibus non presumuntur minores, quia potuit quis per saltum promoueri, vt per Rebuff. in *praxi benefic. tit. de formalit. conf. n. 28.* Crauet. *conf. 134. n. 45. volum. 1. & conf. 484. n. 8. & 23. vol. 3.* Menoch. de *presumpt. lib. 6. pres. 66. num. 3.* quos refert, & sequitur Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de fauore cler. personali*, §. 14. num. 2. 11.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus peregrinus qui iurat se ordinatum, nisi aliter probet in illo Ordine non suscipitur, nec ad superiores promouebitur.
- 2 Clericus probari potest per indicia, & argumenta, & per famam, communem opinionem, & reputationem.
- 3 Clericus deperdius scripturis probatur per testes.

CAP. Inter quatuor. II. Innoc. III.

Clerico peregrino non habenti dimissorias, sed iuranti se ordinatum non creditur, & sic non admittitur ad Ordinem quem dicit habere, nec ad alios suscipientes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Butr. Panorm. Host. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 340. Alagona in *compend. iur. Canon.* pag. 122. remissive Ximen. in *concord.* p. 1. refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 16. c. 21.*

Per idonea ibi consisterit argumenta.] Notatur ad hoc quod clericatus probari potest per indicia, & argumenta, vt per Flamin. de *resign. lib. 10. quest. 3. num. 31.* Mascard. de *probation. concl. 305. num. 5.* Pacian. *eod. tract. lib. 2. cap. 34. num. 70.* Nicol. Garc. de *benefic. part. 7. cap. 1. num. 140. in fine.* Et per famam, communem opinionem, & reputationem. Flamin. d. *tract. lib. 4. quest. 2. num. 70. & d. quest. 3. num. 74.* Nicol. Garc. de *benefic. part. 7. cap. 1. num. 140.* Modern. de *iurisd. dist. part. 2. cap. 31. num. 6. & 7.* Rota *decis. 350. lib. 3. part. 3. diuers.*

De Clericis peregrinis, Tit. XXII. 203

diuers. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum personali, §. 14. num. 14. Farinac. in praxi crimin. quest. 8. num. 44.

In gloss. Argumenta, in fine, ibi, vel per testes. Notatur ad hoc quod clericatus deficientibus scripturis deperditis probatur per testes, vt per Cou. pract. c. 13. num. 3. Mascard. de probat. concl. 303. n. 1. 2. & 7. quos refert, & sequitur Bellet. d. §. 14. n. 15.

S V M M A R I V M.

- 1 Peregrino, de cuius ordinatione non constat non permittitur celebrare in publico, sed in occulto sic.
- 2 Peregrinus clericus, qui abiit in aliam diocesim, sine commendatitiis sui Ordinarij literis ad diuina Officia non est admittendus.
- 3 Clericatus probatur per literas commendatitias proprij Episcopi mentionem facientes de Ordine.
- 4 Suspendus nullo iure est non habens literas testimoniales sui Episcopi, sed potest celebrare secluso scandalo.

C A P. Tuæ fraternitatis. III.

1 **P**eregrino ignoto sine literis commendatitiis nisi legitime constet vel per literas, vel per testes de eius ordinatione, non permittitur in publico celebrare, sed potest in secreto, & ex deuotione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Buttr. Anch. Host. Panorm. Viu. in rationali primi libri iur. Pont. pag. 341. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 122. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 16. c. 2.

2 Collige ex text. clericum peregrinum, qui abiit in aliam diocesim, sine commendatitiis sui Ordinarij literis ab vlllo Episcopo ad diuina celebranda non esse admittendum. Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 16. Conc. Brachar. IV. act. 2. c. 12. Henric. in summa lib. 10. c. 34. §. si in fine, Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 121. art. 1. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 49. q. 1. Mar. Ant. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 40. num. 1. Ego ipse de officio, & potest. Episcop. part. 2. alleg. 21. n. 1. vbi num. 2. cum Nau. & Aloyf. Ricc. resoluo quod fidem faciens de sua ordinatione potest admitti ad celebrandum.

3 *Sine per literas.*] Notatur ad hoc quod per literas commendatitias proprij Episcopi mentionem facientes de ordine probatur clericatus, vt per Cou. pract. c. 13. n. 2. Rebuff. in praxi benef. tit. de form. lit. cons. n. 22. Boër. decis. 171. n. 25. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 16. Surt. conf. 396. n. 13. Garc. Mastril. Sicilia dec. 113. n. 2. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 7. n. 18. Seraphin. decis. 713. num. 1. Rot. decis. 765. n. 3. in fine, p. 1. & decis. 455. n. 7. p. 2. recent. & in Ripana beneficij 27. Iunij 1622. & in Leodien. Canonicius 6. Nouemb. 1623. & in Burgi S. Sepulchri beneficij 25. Maij 1626. coram R. P. D. Merlino, & in Tullen. parochialis de Vicouri 15. Martij 1627. coram eodem. Et hæc literæ commendatitiæ sunt obtinendæ ab eo, qui petentis clerici Ordinarius fuerit, prout Concil. Trid. Congregatio censuit, teste Armendar. n. addit. ad recap. legum Nauarre. l. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, n. 56. quem refert ego ipse d. alleg. 21. num. 4. Sufficiunt tamen ad clericatus probationem literæ Episcopi ordinantis, etiam non proprij, modò constet de licentia, Seraphin. decis. 741. quem refert Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de fauore clericorum personali, §. 14. num. 21. in fine, quæ quidem licentia

proprij Episcopi probatur sola assertione ordinantis, Mohed. decis. 21. num. 3. de remut. Put. decis. 359. lib. 1. & decis. 407. lib. 1. Gattier. canon. lib. 2. c. 17. num. 30. quos refert, & sequitur Nic. Garc. de benef. p. 7. cap. 1. num. ultim.

De aliis modis probandi clericatum, vide Mascard. concl. 302. cum tribus segg. Flamin. de resign. lib. 10. quest. 3. num. 30. cum segg. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 62. d. num. 16. Surt. conf. 396. num. 13. Farin. in praxi crimin. part. 1. quest. 8. num. 41. cum segg. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 61. num. 23. Garc. Mastrillo Sicilia decis. 113. num. 2. Modern. de iurisd. p. 2. c. 31. num. 5. cum segg. Nicol. Garc. d. c. 1. à n. 138. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 43. art. 17. & tom. 2. q. 121. art. 1. in fine, Bellet. d. §. 14. num. 10. cum segg.

Sed si forsitan, &c.] Aduerte non habentem literas & testimoniales sui Episcopi nullo iure esse suspendum, sed posse celebrare secluso scandalo, vt per Nau. conf. 5. sub tit. de celebrat. Missarum, & conf. 4. de foro compet. in antiq. quod est in nouis, conf. unic. num. 4. in fine, sub hoc titulo. Henric. in summa lib. 10. cap. 34. §. 6. in commento, litera I. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 29. n. 42. vers. tantopere, Sayr. decis. unic. sub tit. de celebrat. Missarum, quos refert ego ipse d. allegat. 21. num. 3. Campanil. in diuersorio iuris Canonici, rubr. 9. cap. 6. num. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Prælatus inferior sine Diocesani consensu in Ecclesia sua peregrinos instituere non potest.
- 2 Naturales in prouisionibus beneficiorum saltem de honestate alijs præferri debent.

C A P. Te nobis. IV. & fin.

Honor. III.

Prælatus inferior non potest in sua Ecclesia instituere clericos non Diocesanos sine licentia Episcopi, & si instituat Episcopus, potest illos remouere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Hostiens. Ioan. Andr. Anchor. Buttr. Imola, Anania, Innocent. Panorm. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 341. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 122. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Cum sit honestati contrarium.] Notatur ad hoc quod indigenæ, seu naturales alijs præferri debet in prouisione beneficiorum, saltem de honestate, honestum enim est, ac rationi & iuri conforme quemquam in patria sua beneficiari, plures per Nicol. Garc. de benef. part. 7. cap. 9. à num. 5. vbi num. 16. hinc colligit quod si forensis, vel alienigena impetrat beneficium non facta mentione de loco suæ originis, seu de sua diocesi, gratia est subreptitia, cum Papa intendat cuique prouidere in patria sua, de quo dixi commodius ad gloss. in cap. proponente, sup. de rescriptis. Et in quibus Regnis exeri ex Summi Pontificis indultu beneficia habere non permittantur, dixi ad cap. bonæ memorie 4. super verbo, quæ de Regno Hungaria, sup. de postulat. Prælatorum, & infra ad cap. auctoritates, de institut.

Dd